






De
**Materie angelici docto-
ris sancti Thome de**
*Quino de Virtutibus pre-
tulate feliciter
incipiunt.*



Articulus Primus

Primo que

ritur utrum virtutes sunt habitus Et videtur quod non, sed magis actus. Dicit enim Aug. in li. retra. q. bonus usus li. ar. e virtus, sed usus li. ar. est actus ergo, virtus est actus. ¶ Preterea. 2. pmissum non debet alicui nisi ratione actus, debet autem omni homini virtutes quicunque in caritate decedit ad mercedem pervenit, ergo virtus est meritum, meritum autem est actus ergo virtus est actus. ¶ Preterea. 3. quanto aliquid est in nobis deo similis, tanto est melius, sed maxime deo similis secundum quod sumus in actu qui est actus purus, ergo actus est optimum eorum que sunt in nobis, sed virtutes sunt maxime bona que sunt in nobis ut Aug. dicit in li. de gratia et li. ar. ergo virtutes sunt actus. ¶ Pre. 4. perfectio vie videtur perfectio patrie, si perfectio patrie est actus scilicet felicitatis que in actu consistit secundum philosophum, ergo et perfectio vie scilicet virtus actus est. ¶ Preterea. 5. contraria sunt que in eodem genere ponuntur et mutuo se expellunt, si actus potest expellit virtutem ratione oppositionis quam habet ad ipsam, ergo virtus est in genere actus. ¶ Pretere. 6. philosophus dicit in .1. ce. et mundo, quod virtus est ultimum potentie, ultimum autem potentie est actus ergo virtus est actus. ¶ Prete. 7. pars rationalis, est nobilior et perfectior quam pars sensitiva Sed vis sensitiva habet suam operationem nullo habitu vel qualitate mediante, ergo nec in parte intellectiva oportet ponere habitus quibus mediantibus pars intellectiva perfectam operationem habet. ¶ Pre. 8. philosophus dicit in vij. phi. quod virtus est dispositio perfecti ad optimum optimum autem est actus, dispositio autem est eiusdem generis cum eo ad quod disponit, ergo virtus est actus. ¶ Prete. 9. Aug. dicit in li. de moribus ecclesie, Virtus est ordo amoris, ordo autem (ut ipse dicit in xix. de civi. dei) est pariter dispariterque sua cuique tribuens loca dispositio, Virtus ergo est dispositio, non ergo est habitus. ¶ Prete. 10. habitus est qualitas difficile mobilis Sed virtus est facile mobilis, quod per unum actum potest mortalis amittitur, ergo virtus non est habitus. ¶ Prete. 11. si habitus aliquid indiget genus qui sunt virtutes: aut indigemus ad operationes naturales: aut meritorias que sunt quasi supernaturales, non autem ad naturales, quod quilibet natura etiam insensibilis potest suam operationem perficere absque habitu, multo fortius hoc poterit rationalis natura Sicut nec ad ope-

ratiōes meritorias, quod has deus in nobis operatur Philo. ij. quod operatur in nobis velle et perficere etc. ergo nullo modo virtutes sunt habitus. ¶ Prete. 12. omne agens secundum formam semper agit secundum exigentiam illius forme: sicut calidum agit spiritum calefaciendo, si ergo in mente sit aliquid habitus, alia forma que est forma et que virtus dicitur, oportet quod habens virtutem spiritum virtutem operetur, quod est falsum, quod sic quilibet habens virtutem est perfectus, ergo virtutes non sunt habitus. ¶ Pre. 13. habitus ad hoc insunt potestatis ut attribuunt eis facilitatem operandi, sed ad actus virtutum non indigemus aliqua facilitate in faciente ut videtur, consistit enim principaliter in electione et voluntate, ergo virtutes non sunt habitus. ¶ Prete. 14. effectus non potest esse nobilior quam sua causa sed si virtus est habitus erit causa actus qui est habitus nobilior, ergo non videtur pueniens quod virtus sit habitus. ¶ Prete. 15. medium et extrema sunt unius generis, sed virtus moralis est medium inter passiones, passiones autem sue de genere actuum, Sed contra virtus secundum Aug. est bona qualitas mentis, non autem potest esse in alia specie nisi in prima que est habitus. ¶ Prete. 2. philosophus dicit in .ij. ethico, quod virtus est habitus electivus in mente consistens. ¶ Prete. 3. virtutes sunt in dormientibus, quod non amittuntur nisi per peccatum mortale, non autem in eis sunt actus virtutum, quia non habent usum li. ar. ergo virtutes non sunt actus. ¶ Bn. di. quod virtus secundum sui nominis rationem potentie complementum designat, unde et vis dicitur secundum quod res aliquid per partem completam quas habet sequi suum impetum vel motum, virtus enim secundum suum nomen potestatem perfectionem demonstrat unde philosophus dicit in .1. celo, et mundo quod virtus est ultimum in re de potentia, quod vero potentia ad actum dicitur, complementum potentie attenditur penes hoc quod completam generationem suscipit, quod vero operatio est finis operantis cum omnis res secundum philosophum in .1. ce. et mun. sit propter suam operationem sicut propter finem et primum, unumquodque est bonum secundum quod habet completum ordinem ad suum finem: inde est quod virtus facit bonum habentem, et opus eius reddit bonum ut dicitur in quinto ethico, Et per hunc etiam modum patet quod est dispositio perfecti ad optimum, ut dicitur vij. metaphisicorum, et hec omnia pueniunt virtuti cuiuscunque rei, nam virtus equi est que facit ipsum bonum et opus ipsius, sicut virtus lapidis vel hominis vel cuiuscunque alterius, Secundum autem diversam conditionem potentiarum diversus est modus completionis ipsius, est enim aliqua potentia tantum agens, aliquid tantum acta vel mota, alia vero agens

De virtutibus in communi

acta Potētia ergo que est tantum agēs nō indiget ad hoc q̄ sit principium act⁹ aliquo inducto. vnde virtus talis potentie nihil est aliud q̄ ipsa potētia. talis autē potētia est diuina. intellectus agēs potētie naturales. vñ harū potētiarū virtutes nō sunt aliqui habitus. sed ipse potētie in seipsis sunt complete. Ille vero potentie que sunt tm̄ acte que non agunt nisi ab alijs more. nec est in eis agere vel nō agere. s̄ fm̄ impetū virtutis mouētis agunt: et tales sunt vires sensitue fm̄ se cōsiderate. Vnde in. viij. Ethic. d̄ q̄ sensus nullius act⁹ est principiu. he potētie pficiūtur ad suos act⁹ p̄ aliquod superinductū. qd̄ tamē non inest eis sicut aliqua forma manēs in subiecto: sed solum per modū passionis sicut species in pupilla. vnde nec harū potētiarum virtutes sunt habitus sed magis ipse potētie: fm̄ q̄ sunt actu passe a suis actiuis potētie vero ille sunt agentes et acte que ita mouētur a suis actiuis q̄ tamen per eas nō determinātur ad vnū. sed in eis est agere sicut vires aliquo modo rōnales. et he potētie p̄plentur ad agendum p̄ aliquod sup̄inductum. qd̄ non est in eis p̄ modū passiōis tm̄: sed per modū forme quiescentis et manentis in subiecto. ita tm̄ q̄ per eas nō de necessitate potentia ad vnū cogatur. quia sicut potētia non esset dñs sui actus. harum aut potētiarum virtutes non sunt ipse potētie neq̄ passiones: sicut est in sensituis potētijs. neq̄ qualitates de necessitate agentes. sicut sunt q̄litates passibiles rerū naturaliu. sed sunt habitus fm̄ quos pōt quis agere cū voluerit. vt dicit p̄men in. iij. de aia Et aug. in li. de bono p̄ngalidit̄. q̄ habit⁹ est q̄ quis agit cum t̄pus affuerit Sic ergo p̄t q̄ virtutes sunt habitus. et qualiter h̄t⁹ differant a sc̄da et tertia specie qualitatis. qualiter autē et quantū differant in p̄mptu est. nā figura nō dicit ordinē ad actū q̄tm̄ in se ē Ex his p̄t etiā patere q̄ habitibus virtutū ad tria indigemus. Primo vt sit firmitas in sua opatōe Ea em̄ que ex sola opatōe dependent facile immutātur nisi fm̄ aliquā inclinacionē habitualem fuerint stabilita Sc̄do vt opatio p̄fecta in p̄mptu habeatur. nisi em̄ potentia rōnalis p̄ habitum aliquo mō inclinetur ad vnū: opabitur semper. cum necesse fuerit operari p̄cedere inquisitionē de opatione: sicut patet de eo qui vult considerare nondū habens scientie habitū. et qui vult fm̄ virtutem agere habitū virtutis carens Vñ ph̄s

dicit in. iij. ethico. q̄ representatiua sunt habitualia Tertio vt delectabiliter p̄fecta opatio p̄pleatur. qd̄ quidē sit per habitū q̄ cū sit per modū cuiusdam nature opationē sibi p̄p̄iam quasi causam naturā reddit. et p̄ consequens delectabilem Nam cōuenientia est delectabilis causa Vñ ph̄s in. ij. Ethic. ponit signum habitus delectationē in opere existētem.

¶ Ad p̄imum ergo dicendum: q̄ sicut potestates ista: ita et virt⁹ accipitur dupliciter Vno modo materialiter put dicimus id qd̄ possumus esse nostram potētiā et sic Aug. bonum vsum li. ar. dicit esse virtutes Alio modo essentialiter. et sic neq̄ potentia neq̄ virtus est actus. ¶ Ad fm̄ dicendū q̄ merito dupliciter accipitur Vno modo large. et sic nihil aliud est facere aliquā actionē. vnde aliquis sibi iuste acquirit mercedē. Alio mō proprie et sic quelibet cōditio que facit hōiē aliquo modo dignum meritu dicitur. vt si dicamus q̄ species p̄iam meruit imperiu quia digna imperio fuit. Premium ergo cui merito debeat: debetur quodāmodo et q̄litati habituali per quam aliquis reddet idoneus ad premiū. et sic debetur paruulis baptisatis. et iterū debetur merito actuali. et sic non debetur virtuti sicut actui virtutis. sed tamē etiam paruulis quodāms redditur ratione meriti actualis: in quantum ex merito christi sacramentum efficaciam habet qd̄ regenerat ad vitam. Ad. iij. dicendum q̄ Aug. dicit virtutes esse mixta bōa: nō simpliciter sed in genere: sicut et ignis dicit subtilissimū corpus. vnde nō sequitur q̄ nihil sit in nobis ipsis virtutib⁹ melius. sed q̄ sint de nūero eorū que sunt maxima bona fm̄ genus suum. ¶ Ad quartum dicendum. q̄ sicut in via est p̄fectio habitualis que est virtus. et p̄fectio actualis q̄ est virtus act⁹: ita et in patria felicitas ē p̄fectio actual. p̄cedēs ex aliq̄ h̄itu p̄summato. Vñ etiā philosoph⁹ in primo Ethic. dicit q̄ felicitas est opatio fm̄ virtutem p̄fectam. ¶ Ad quintum dicendum. q̄ actus viciosus directe tollit per modum contrarietatis actum virtutis Ip̄sum vero virtutis habitum tollit per accūs in quantum separat a causa virtutis in se scilicet deo Vnde Isa. lix. Peccata vestra diuiserunt inter vos et deū vñ. et p̄pter hoc virtutes acq̄site p̄ vnū actū viciosuz nō collunt ¶ Ad vi. di. quilla diffinitio ph̄i pōt intelligi Vno mō materialiter: vt per virtutē intelli

Articulus Secundus

gamus id in qd virtus potest: qd est vltim in-
ter ea in que potest potest: sicut virtus ei qui
potest ferre centum libras est in eo inquantum potest
ferre centum libras non inquantum fert. licet alio
modo potest intelligi exercitue. et sic virtus dicitur vlti-
mum potestie: quia designat potestie plenitudinem
sive id per quod potest plenitudo sit alia a potentia
sive non. Ad septimum dicitur. quod non est sicut ratio
de potestatis sensitiuis et rationalibus. vt dictum
est. Ad. viij. dicendum quod dispositio ad aliquid
dicitur per quod aliquid mouetur in illud consequendum
motus autem habet terminum in eodem genere. sicut
motus alteracionis est qualitas. vnde dispositio ad hunc
terminum est species eiusdem generis cum termino. quoniam
vero habet terminum alterius generis: sicut altera-
tionis terminus est forma substantialis. et sic dis-
positio non est species eiusdem generis cum eo ad quod dis-
ponit: sicut calor est dispositio ad formam substantialem
ignis. Ad. ix. dicendum quod dispositio dicitur tribus
modis Vno modo per quam materia disponit ad for-
me receptionem: sicut calor est dispositio ad formam
ignis. Alio modo per hoc quod agens disponit ad age-
dum. sicut velocitas est dispositio ad cursum Ter-
cio modo dicitur dispositio ipsa ordiatio aliquid ad inui-
cem. et hoc modo dispositio ab Aug. sumitur. Dispositio
vero per habitum dividitur primo modo Ipsa vero
virtus dispositio est secundo modo. Ad. x. dicitur. quod nul-
la res est adeo stabilis quam non statim ex se defi-
ciat sua causa deficiente. vnde non est mirum si de-
ficiat virtus infusa: nec hoc repugnat sue im-
mobilitati: que intelligitur non per se sua causa
manente. Ad. xi. dicitur. quod ad varias operationes
habitu indigemus. ad naturales quod est tri-
bus rationibus superius positis. ad meritorias autem
insuper vt naturalis potest eleuari ad id quod est su-
pra naturam ex habitu infuso. nec hoc remo-
uetur ex hoc quod deus in nobis operatur. quia ita agit
in nobis quod et nos agimus. vnde habitu indige-
mus quo sufficienter agere possimus. Ad
xij. dicitur. quod omnis forma recipit in suo supposito
sibi modum recipientis. proprietates autem rationales
potestie est vt in opposita possit. et vt sit diuina
sui actus. vnde nunquam per formam habituale recep-
tam cogitur potestie rationali simpliciter ad agendum
sed potest agere vel non agere. Ad. xij. dicitur.
quod illa que in sola electione consistunt. facile
quidem qualitercumque est sunt. sed quod debi-
to modo fiant. sicut expedite firmiter delecta-
biliter hoc non est facile. vnde ad hoc habi-
tibus virtutum indigemus. Ad. xiiij. dicitur.
quod omnis motus animalium vel hominum qui de nouo
incipiunt sunt ab aliquo mouente motu. et de-

pendent ab aliquo priori in actu existente. et sic
habitus de se actu non elicit nisi ab alio agere
excitatus. Ad xv. dicitur. quod virtus est me-
dium inter passiones non quasi aliqua passio
media: sed actio. quia in passionibus medium
constituit.

Articulus secundus.

Secundo Queritur Virtus

diffinitio vir-
tutis quam Aug. ponit sic est
veniens scilicet Virtus est bona qua-
litas mentis que recte vivit: que nemo male vti-
tur. quare deus in nobis sine nobis operatur Et vi-
detur quod sit inconueniens. Virtus enim est bonitas
quedam Si ergo ipsa est bona: aut ergo sua bo-
nitate aut alia Si alia: procedit in infinitum
si seipsa: ergo virtus est bonitas prima. quia
sola bonitas prima est bona per seipsum. Pre. 2.
illud quod est omnino omnino non debet poni in
diffinitione alicuius Sed bonum est genus omnino
entis. ergo non debet poni in diffinitione virtutis
Pre. 3. sicut bonum est in moralibus ita et
in naturalibus. Sed bonum et malum in natu-
ralibus non diuersificant speciem. ergo nec in
diffinitione virtutis debet poni bona quasi
differentia specifica ipsius virtutis. Pre. 4.
Differentia non includit in ratione generis
Sed bonum includitur in ratione qualitatis si-
cut et ens. ergo non debet addi in diffinitione
virtutis vt dicatur virtus est bona qualitas
mentis etc. Pre. 5. malum et bonum sunt
opposita. Sed malum non constituit aliam
speciem cum sit priuatio. ergo nec bonum.
ergo non debet poni in diffinitione virtutis
tanquam differentia constitutiva. Pre. 6.
6. bonum est in plus quam qualitas. ergo per bo-
num non differt vna qualitas ab alia. ergo
non debet poni in diffinitione virtutis bonum
sicut differentia qualitatis vel virtutis.
Pre. 7. ex duobus actibus nihil fit
sed bonum predicat actum quendam: et qualitas
similiter. ergo male dicitur quod virtus sit
bona qualitas. Pre. 8. quod pre-
dicatur in abstracto non predicatur in con-
creto: sicut albedo est color: non tamen co-
lorata. Sed bonitas predicatur de virtute
in abstracto. ergo non predicabitur in con-
creto. ergo non bene dicitur. Virtus est bo-
na qualitas. Pre. 9. nulla differen-
tia predicatur in abstracto de specie. Vnde
dicit Avicenna quod homo non est rationabili-
tas sed rationale. Sed virtus est bonitas.
ergo bonitas non est differentia virtutis.
ergo non bene dicitur. Virtus est bona qualitas

De virtutibus in communi

¶ Preterea . 10. malum moris idem est q̄ vicium . ergo bonum moris idem est q̄ virtus . ergo bonum non debet poni in diffinitione virtutis . quia sic idem diffiniret seipsum .
¶ Preterea . 11. mens ad intellectum pertinet . Sed virtus magis recipit effectum . ergo male dicitur q̄ sit virtus bona qualitas mentis .
¶ Preterea . 12. s̄m Augusti . mens noīat superiorē partem anime . Sed alię virtutes sunt in superiorib⁹ potēcijs . ergo male ponitur in diffinitione virtutis : bona qualitas mentis .
¶ Preterea . 13. subiectū virtutis nominat potētiā non essentiam . Sed mens videtur nominare essentiaē anime . q̄ dicit Augusti . q̄ in mente est intelligentia . memoria et voluntas . ergo non debet poni mens in diffinitione virtutis .
¶ Preterea . 14. illud quod est proprium speciei non debet poni in diffinitione generis . Sed rectitudo est proprium iusticie . ergo nō debet poni in diffinitione virtutis : vt dicitur bona qualitas mentis qua recte vivitur .
¶ Preterea . 15. vivere in viventibus est esse . Sed virtus nō perficit ad esse sed ad opera . ergo male dicitur qua recte vivitur .
¶ Preterea . 16. quicumq̄ superbit de aliqua re male vitur ea . Sed de virtutibus aliq̄s superbit . ergo virtutibus aliq̄s male vitur .
¶ Preterea . 17. Augustinus dicit in libro de libero arbitrio : q̄ solis maxis bonis nullus male vitur . Sed virtus non est de maximis bonis . quia bona maxima sunt que propter se appetunt . q̄ nō cōuenit virtutibus cum propter aliud appetantur . quia propter felicitatē . ergo male ponitur . quia nullus male vitur .
¶ Preterea . 18. ab eodē aliquid generatur et nutritur vel augetur . Sed virtus per actus nostros nutritur et augetur . quia diminutio cupiditatis est augmentum charitatis . ergo per actus nostros generatur . ergo male ponitur in diffinitione quam deus in nobis sine nobis operatur .
¶ Preterea . 19. remouens prohibens ponitur mouens et causa . Sed liberi arbitriū est quodammodo causa virtutis . ergo nō bene ponitur q̄ sine nobis deus virtutem operetur .
¶ Contra Augusti . dicit Qui creauit te sine te : non iustificabit te sine te . ergo rē .
¶ Preterea . 2. ista diffinitio conuenit graciaē vt videtur . Sed virtus et gracia sunt vnum et idē ergo bene diffinitur per hanc diffinitionem virtus .
¶ Respon . dicendum q̄ ista diffinitio p̄plectitur diffinitio enim virtutis : etiā

si vltima particula omittatur . et conuenit omni virtuti humane sicut dictum est . virtus perficit potētiā in comparatione ad actum perfectum . Actus autem perfectus est finis potētie vel operantis vnde virtus facit et potētiā bonum et operantem vt prius dictum est . et ideo in diffinitione virtutis aliquid ponitur quod pertinet ad perfectionem actus . et aliquid quod pertinet ad perfectionem potētie vel operantis . Ad perfectionem autem actus duo requiruntur requiritur autem q̄ actus sit rectus . et q̄ habitus nō possit esse principium boni et mali actus . Id enim quod est principium boni et mali actus . non potest esse quātū est de se principium perfectum boni actus qui est perfectio potētie : oportet q̄ ita sit principium actus boni q̄ nullo mō mali propter q̄ phis dicit in . vi . ethico . q̄ opinio que potest esse vera et falsa non est virtus . Sed scientia que non est nisi de vero . Primum designatur in hoc q̄ dicitur qua recte vivitur . s̄m in hoc q̄ dicitur qua nemo male vitur . Ad hoc vero q̄ virtus facit subiectum bonum tria sunt ibi consideranda . subiectum ipsum et hoc determinatur cum dicitur mens . q̄ virtus hūana non potest esse in eo q̄ non est hominis in quātū est homo . perfectio virtutis designatur in hoc quod dicitur bonum q̄ bonū dicitur s̄m ordinē ad finem . Modus autē habēdi designatur in hoc q̄ dicitur qualitas . q̄ virtus quia non inest per modum passionis sed per modum habit⁹ . vt supra dictum est hec autem omnia conueniunt tam virtuti morali q̄ intellectuali q̄ theologice . q̄ acquisite q̄ infuse . Illud vero quod Augusti . addit quā in nobis sine nobis deus operatur : conuenit solum virtuti infuse .
¶ Ad primum ergo dicendum q̄ accētia sicut nō dicitur entia q̄ subsistant sed q̄ aliquid inest eis . ita virtus non dicitur bona q̄ ipsa sit bona sed quia ea aliquid est bonum . vnde nō oportet q̄ virtus sit bona alia bonitate quasi in se inest alia bonitate .
¶ Ad s̄m dicendum q̄ bonum quod conuertitur cum ente non ponitur hic in diffinitione virtutis : sed bonū q̄ determinatur actum morale .
¶ Ad tertium dicendum q̄ si actiones diuersificantur s̄m formam agentis vt calefacere et frigidare bonum autē et malū q̄ si p̄ formā et obiectū voluntatis . q̄ si agens imprimit formā suā in patientē . et mouēs in motū . et ideo act⁹ morales quorum principium est voluntas diuersi

Articulus Tertius

ficantur specie secundum bonum et malum principia aut naturalium operationum non est finis sed forma. et ideo non diversificantur in naturalibus species secundum bonum et malum: sed in moralibus sic. ¶ Ad quartum dicendum. quod bonitas moralis non includitur in intellectu qualitatatis. et ideo non est ad propositum.

¶ Ad .v. dicendum quod malum non constituit speciem ratione privationis: sed ratione eius quod privationi subternitur. quia non compatitur secundum rationem boni. et hoc ex hoc habet quod constituit speciem. ¶ Ad sextum dicendum quod obiectio illa procedit de bono nature non de bono moris quod ponitur in definitione virtutis. ¶ Ad .vij. dicendum quod bonitas non importat aliam bonitatem quam ipsam virtutem ut ex dictis patet. ipsa virtus per essentiam suam est qualitas. unde manifestum est quod bona et qualitas non dicitur diversos actus sed unum. ¶ Ad .viii. dicendum quod istud fallit in transcendentibus si circumveniunt omne ens. Nam essentia est ens. et bonitas est bona. et unitas est una non autem sic potest dici albedo alba. cuius ratio est. quia quicquid cadit in intellectum oportet quod cadat sub ratione entis: et per consequens sub ratione boni et unitatis. unitas et bonitas non possunt intelligi nisi intelligatur sub ratione boni et unitatis et entis propter hoc potest dici bonitas bona et unitas una. ¶ Ad reliqua argumenta patet solutio ex dictis.

Articulus Tertius.

Quarta Queritur

Utrum potentia anime possit esse virtutis subiectum. Et videtur quod non quia secundum Augustinum. virtus est qua recte vivit vivere autem non est secundum potentiam anime sed secundum essentiam. ergo potentia anime non est virtutis subiectum. ¶ Preterea .2. nobilior est esse gratie quam nature. Sed esse nature anime solum est esse potentie utpote earum principium. ergo esse gratie quod est per virtutes non est per potentias. et sic potentia non erit virtutis subiectum. ¶ Preterea .3. accidens subiectum esse non potest. Sed potentia anime est de genere accidentium. potentia enim et impotentia naturalis pertinent ad secundam speciem qualitatatis. ergo potentia anime non potest esse virtutis subiectum.

¶ Preterea .4. si aliqua potentia anime est virtutis subiectum et quelibet: cum quelibet

potentialis vis anime viciis impugnetur: contra que virtutes ordinantur. Sed non omne quelibet potentia anime potest esse virtutis subiectum ut postea patebit. ergo virtutis subiectum potentia esse non potest.

¶ Preterea .5. principia activa in naturalibus aliorum agentium subiecta non sunt ut calor et frigus. Sed potentie anime sunt quedam activa principia. sunt enim principia operationum anime. ergo aliorum accidentium subiecta esse non possunt.

¶ Preterea .6. anima est subiectum potentie. Si ergo potentia subiectum est alterius accidentis. ergo pari ratione illud accidens erit subiectum alterius accidentis. et ita abitur in infinitum. quod est inconueniens. Non ergo potentia anime est subiectum virtutis. ¶ Preterea .7. in libro primo posteriorum dicitur. quod qualitatatis non est qualitas. Sed potentia anime quedam qualitas est in secunda specie qualitatatis. Virtus etiam in prima specie qualitatatis est. ergo potentia anime non potest esse subiectum virtutis. ¶ Sed contra. cuius est actio eius est esse principium actionis. Sed actiones virtutum sunt potentiarum anime. ergo et ipse virtutes.

¶ Preterea .2. Philosophus dicit in primo ethicorum quod virtutes intellectuales sunt rationales per essentiam. virtutes autem morales sunt rationales per participationem. Sed rationale per essentiam et per participationem notat quaedam anime potentias. ergo potentie anime sunt subiecta virtutum. ¶ Respondendum quod subiectum tripliciter comparatur ad accidens. Uno modo sicut subiciens ei sustentamentum. Nam accidens per se non subsistit: fulcitur vero per subiectum. Alio modo sicut potentia ad actum. Nam subiectum accidenti subicitur sicut potentia ad quedam potentia actui. unde et accidens forma dicitur. Tertio modo dicitur sicut causa ad effectum. Nam principia subiecti sunt principia per se accidentis. Quantum ergo ad primum unum accidens alterius subiectum esse non potest. Nam cum nullum accidens per se subsistat non potest alteri sustentamentum prebere. nisi fortasse dicatur quod in quantum est a subiecto sustentatum. nam accidens sustentat. Sed quantum ad alia duo unum accidens se habet ad aliud per modum subiecti. nam diaphoneitas ad lucem: et superficies ad colorem. unum etiam accidens potest esse causa alterius: ut huiusmodi sapientia. et per hunc modum

De Virtutibus in communi

dicitur vnū accidens aliter accidentis esse subiectum . non q̄ accidens possit alterius accidens sustentamentū prebere . sed q̄ subiectum est principium accidentis alteri mediante . et p̄ hunc modū dicitur potentia anime esse habitus subiectū . nam habitus ad potentia anime comparatur . sic actus ad potentiam . cum potentia sit indeterminata quantum est de se . et per habitum determinetur ad hoc v̄ illud ex principijs potentiarū habitus acquisiti causatus . Sic ergo dicendum est potentias esse virtutum subiecta . quia virtus anime inest potentia mediante . ¶ Ad primum ergo dicendū q̄ viuere in diffinitione virtutis positum ad actionem pertinet . vt supra dictum est . ¶ Ad secundum dicendū q̄ esse spirituale non est per virtutes sed per gratiam . nam gratia est principium spiritualiter essendi . virtus vero spiritualiter operandi . ¶ Ad tertium dicendum q̄ potentia non est per se subiectum : sed in quantum est per animam sustentata . ¶ Ad quartum dicendū q̄ nunc loquimur de virtutibus humanis . et ideo in illis potentijs que nullo modo possunt esse humane ad quas nullo modo se extendit imperium rationis . sicut sunt vires anime vegetabilis : non possunt esse subiecta virtutū . Omnis autē impugnatio que ex his virtutibus puenit sit mediante appetitu sensitivo ad quē pertingit imperium rationis vt possit dici humanus et virtutis subiectū humane ¶ Ad . v . dicendū q̄ inter potentias anime non sunt actiue nisi intellectus agens et vires anime vegetabilis que non sunt aliquorū habitū subiecta . alie autem potentie anime sunt passiuę tamē actionū anime existentes s̄m q̄ sunt motę a suis actiuis . ¶ Ad . vi . dicendum q̄ non oportet in infinitum abire q̄ perueniret ad aliq̄s accidens q̄ non est in potentia respectu alterius accidentis . ¶ Ad septimum dicendum q̄ qualitatis qualitas non dicitur esse ita q̄ per se sit qualitas qualitatis subiectū . quod in pposito non accidit . vt supra dictum est .

¶ Articulus Quartus .

Quarto queritur

¶ **Q**uod irascibilis et concupiscibilis possunt esse subiectū virtutis . Et videtur q̄ non . quia contraria nata sunt fieri circa idem . virtutis autē contrarium est peccatū mortale . quod non potest esse in sensibilitate cuius partes sunt irascibilis et concupiscibilis ergo irascibilis et concupiscibilis

subiectum virtutis esse non possunt . ¶ Preterea . 2 . eiusdem potentie est habitus et actus . Sed principalis actus virtutis est electio s̄m ph̄m in li . Ethic . que non potest esse actus irascibilis et concupiscibilis . ergo nec habitus virtutis possunt esse in irascibili et concupiscibili . ¶ Preterea . 3 . Nullum corruptibile est subiectū perpetui . Vnde aug . pbat animam esse perpetua . q̄ est subiectū virtutis que esse perpetua Sed irascibilis et concupiscibilis sicut et ceterę potentie sensitiue non remanent post corpus : vt quibusdā videtur . virtutes autē manent . nam iusticia est perpetua et immortalis vt dicitur Sapientie . 1 . quod pari ratione de omnibus dici potest . ergo irascibilis et concupiscibilis virtutū subiecta esse non possunt . ¶ Preterea . 4 . irascibilis et concupiscibilis habet organū corpale Si ergo virtutes sunt in irascibili et concupiscibili sunt in organo corpali ergo p̄nt apprehendi per imaginationē v̄ fantasiam et sic non sunt sola mente perceptibiles vt August . dicit de iusticia . q̄ est rectitudo sola mente perceptibilis ¶ Sed dices q̄ irascibilis et concupiscibilis possunt esse subiectū virtutis inquantū participant aliquantulum ratione . Sed contra irascibilis et concupiscibilis dicitur ratione participare inquantū a ratione ordinatur . Sed ordo rationis non potest virtuti sustentamentū prebere cum non sit quid subsistens . ergo nec in quantum ratione participant potest irascibilis et concupiscibilis esse virtutis subiectū . ¶ Preterea . 6 . sicut irascibilis et concupiscibilis que pertinent ad sensibilem appetitū subseruiunt rationi ita et apprehensiuę et sensitiue . Sed in nulla apprehensiuę vel sensitiua potentiarū sensitiuarum potest esse virtus . ergo nec in irascibili et concupiscibili . ¶ Preterea . 7 . si ordo rationis participari potest in irascibili et concupiscibili poterit minui rebellio sensualitatis que has duas vires continet quia per rationis tolli posset . Sed rebellio predicta non est in finita : cum sensualitas sit virtus finita . et virtus non potest esse actio infinita . ergo poterit totaliter tolli predicta rebellio . Omne enim finitum consumitur ablato quodam . vt patet per philosophum in primo physico . Et sic sensualitas in hac vita posset totaliter curari quod est impossibile . ¶ Sed dices q̄ deus qui virtutem infundit posset totaliter predictam rebellionem auferre . Sed ex parte nostra est q̄ non totaliter auferatur ¶ Sed contra homo est id quod est : inquantū

¶ Articulus Quartus

est rationalis cum ex hoc speciem sortiatur quanto ergo est aliquid quod in homine magis rationi subicitur tãto magis competit humane nature. maxime autem subicerentur inferiores vires anime rationi si predicta rebellio totaliter tolleretur. ergo hoc maxime esset competens humane nature. et ita ex parte nostra non est impedimentum quin predicta rebellio totaliter tollatur. ¶ Preterea 9. ad rationem virtutis nõ sufficit qd pctm vitetur. Perfectio enim iusticie in hoc consistit fm qd in ps dicitur Declina a malo et fac bonum Sz ad irascibilem pertinet detestari malum: vt dicitur in primo de spiritu et aia ergo in irascibili ad min? nõ potest esse virt? ¶ Preterea. 10. in eodem li. dicitur qd in ratione est desiderium virtutis. in irascibili odium vicioum. Sed in eodẽ est desiderium virtutis et virtus. cum quelibet res suam perfectionẽ desideret. ergo omnis virtus est in ratione et non in irascibili et concupiscibili. ¶ Pre. 11. in nulla potentia potest esse habitus que agitur tm et non agit. eo qd habitus est eo qd quis agit cum voluerit: vt dicitur commẽ. in quarto de anima. sed irascibilis et concupiscibilis non agunt sed aguntur. qd vt dicitur in iij. ethico. Sesus nulli? act? dñs est. ergo non potest esse habitus virtutis in irascibili et concupiscibili ¶ Preterea ppriũ subiectũ pificatur pprie passioni. virt? autem pificatur rationi. non aut irascibilis et concupiscibili que sunt nobis et brutis cõmunes virtus autem est in hominibus tm sicut et ratio ergo omnis virt? ẽ in homine non aut in irascibili et concupiscibili. ¶ Preterea. 13. Ro. 7. dicit gl. bona est lex que dum concupiscẽcentiam phibet omne malum phibet. oia autem vicia ad concupiscibilem pertinet cui? est concupiscẽtia. sed in eodem sunt virtutes et vicia ergo virtutes non sunt in irascibili et concupiscibili ad minus. ¶ Sed ptra est qd phis dicit de temperantia et fortitudine qd sunt irrationabilium partium. partes autem irrationabiles. i. sensibiles appetitus sunt irascibilis et concupiscibilis. vt habet in. iij. de anima. ergo in irascibili et concupiscibili possunt esse virtutes. ¶ Pre. 2. peccatum ventale est dispositio ad mortale perfectio autem et dispositio sunt in eodem. Cum ergo ventale peccatum sit in irascibili et concupiscibili. primus enim motus est actus sensibilitatis qui peccatum ventale ponitur in glo. Ro. septimo. ergo et mortale

peccatum ibi esse poterit. et sic etiam vitet? que est peccato mortali contraria. ¶ Pre. terea. 3. medium et extrema sunt in eodem Sed virtus aliqua est medium inter humanas passiones. sicut fortitudo inter timorẽ et audaciam. et temperantia inter superfluitatẽ et diminutum in concupiscẽtijs. cum ergo huiusmodi passiones sunt in irascibili et concupiscibili. videtur etiam qd in eisde sit virt? Respon. dicendum circa questionem istam sunt diuerse opinionones que ad inuicem sibi repugnant. Aliqui enim concedunt aliquas virtutes in irascibili et concupiscibili esse. sicut temperantiam in concupiscibili et fortitudinem in irascibili. sed in hoc est differentia Quidam enim distinguunt duplicem irascibilem et concupiscibilem duplicem. Ponunt enim irascibilem et concupiscibilem esse in superiori parte anime et iterum in inferiori. Dicunt enim qd irascibilis et concupiscibilis que sunt in superiori parte anime cuz ad naturam rationalem pertineant possunt esse subiecta virtutis. non autem ille que sunt in inferiori parte ad naturam sensualem vel brutalem pertinentes. Sed hoc quidem in alia questione discussum est. Vtrum scilicet in superiori parte anime possunt distingui due vires. quarũ vna sit irascibilis et alia concupiscibilis proprie loquendo. Sed quicquid de hoc dicat nihilominus in irascibili et concupiscibili que sunt in inferiori appetitu fm philosophum oportet ponere esse aliquas virtutes vt etiam alij dicunt. quod quidem sic patet Cum enim virtus vt supra dictum est nomen quoddam potentie complementum. potentia autem ad actum respiciat oportet humanam virtutem in illa potentia ponere que est principium actus humani. actus autem humanus dicitur non qui quocumq; modo in homine vel per hominem exercetur. cum in quibusdam etiam plante et bruta conueniant: sed qui hominis proprius est. Inter cetera vero hoc habet homo proprium in suo actu: qd sui actus est dominus. Quilibet ergo actus cuius hõ dominus est: est proprie actus humanus. non autem illi quorum homo nõ est dominus. licet in homine fiant: vt digerere et augeri et alia huiusmodi. In eo ergo quod est principium talis actus cuius homo dñs est: potest poni virtus humana Sciedum tm est qd hõ actus ptingit esse triplr principium Vnũ qd sit principium mouens et impans p hoc qd homo sui act? sit dñs. et hec est ratio

De Virtutibus in communi

vel volūtas. Aliud est q̄ est mouēs motum sicut appetit⁹ sensibilis qui mouet ab appetitu superiori inq̄tū rōni obedit. et iterum mouet mēbra exteriora p̄ sui imperiū Tercitū autē est qd̄ est motū tm̄ s̄z mēbrū exteri⁹. Cū autē utrūq; s̄z et mēbrū exteri⁹ et appetit⁹ inferius a supiori p̄ce aie moueāt. tm̄ aliter et aliter. nā mēbrū exteri⁹ ad nutū obedit supiori impanti absq; vlla repugnantia s̄m nature ordinē. nisi sit impedimentū aliquod vt patet in manu et pede. Appetitus autē inferior h̄z ppriā inclinationē et natura sua vnde nō obedit supiori appetitui ad nutū: sed interdū repugnat. Vnde aristo. dicit in politica sua. q̄ aia dñat corp̄ disposito p̄cipatu. i. sicut dñs suo. q̄ nō facultatem h̄z resistendi in aliquo impio dñi. Rōnali vero dñatur in inferiorib⁹ aie p̄tibus regali et politico principatu: id est sicut reges et principes ciuitatū dñant liberis q̄ h̄nt ius et facultatem repugnandi q̄tū ad aliqua p̄cepta regū vel principis. In mēbro ergo exteriori non est necessariū aliqd̄ p̄fectū act⁹ h̄māni: nisi naturalis eius dispositio p̄ quā natū est moueri a rōne Sed in appetitu inferiori cū rōni repugnare pōt esse necessariū aliqd̄ q̄ opatōz illā quā rō impat absq; repugnantia p̄sequat̄ Si em̄ immediatū opatōis principū sit imp̄fectū oportet opationē esse imp̄fectā quācumq; p̄fectio adsit supiori principio Et ideo si appetit⁹ inferior nō esset ī p̄fecta dispōne ad sequendum impitū rōnis. opatio q̄ est appetitus inferioris sicut p̄mi p̄cipū nō esset in bonitate p̄fecta. Esset em̄ cū quadā repugnantia sensibilis appetitus: et q̄ qdā tristitia p̄sequeret appetitui interiori p̄ quadam violentiā a supiori moto. sicut accidit in eo q̄ h̄z fortes p̄cupias. q̄s tm̄ nō sequit̄ rōne phibente Cū ergo oportet opationē hominis esse circa ea que sunt obiecta sensibilis appetitus predictus de facili obijciat rōni. et h̄ac virtutē nō vocam⁹. Quā ergo aliq̄ virtus ē circa illa que pprie ad vim irascibilem p̄tinent. sicut fortitudo circa timores et audacias: vt magnanimitas circa ardua spata. māstudo circa iras. talis virt⁹ d̄ esse in irascibili sicut in subiecto. qm̄ autē est circa ea q̄ sunt p̄prie. p̄cupiscibilis d̄ esse in p̄cupiscibili s̄z in subiecto. sicut castitas que est circa delectationes venereas. et sobrietas et abstinētia que sunt circa delectationes in cibis et potibus ¶ Ad primū ergo dōm q̄ virtus et p̄ctm̄ mortale dupl̄r p̄siderari p̄nt. s̄m actū et s̄m h̄itū

Sicut autē actus concupiscibilis et irascibilis s̄m se consideratus non est p̄ctm̄ mortale. cōcurrit tamē in actu p̄cti mortalis: qm̄ rōne mouente tendunt in cōtractū legis diuine ita actus eorū d̄ si per se accipiātur nō p̄nt esse actus virtutis: sed solū cū cōcurrunt ad sequendū imperiū rōnis. qz sic actus p̄cti mortalis et virtutis pertinet aliquo mō ad irascibilem et cōcupiscibilem. vñ et habitus utriusq; in irascibili et p̄cupiscibili esse possunt. s̄ tamē hoc in re hac cōsiderandum est qz sicut virtus consistit in hoc qz irascibilis et concupiscibilis cōsequitur rationē. ita actus p̄cti consistit in hoc qz rōni p̄trariā ad sequendū inclinationē irascibilis et p̄cupiscibilis. vnde et p̄ctm̄ cōsuevit frequētius rationi attribui tanq̄ p̄ime cause. et eadē rōne virtus irascibilis et p̄cupiscibilis. ¶ Ad scōm dicendū. qz sicut iam dictū est: actus virtutis nō potest esse irascibilis et p̄cupiscibilis tm̄ sine rōne Id tamē qd̄ est in actu virtutis principaliter est rōnis s̄z electio. sicut et in qualibet opatione principalior est agētis actio q̄ passio patiens. Ratio em̄ impat irascibili et p̄cupiscibili non ergo p̄ tanto d̄ esse virtus p̄cupiscibilis et irascibilis qz per eas totus actus virtutis vel principalior ps̄ explicetur. sed in quātum p̄ virtutis habitū vltimū p̄lemētū bonitatis actui virtutis p̄ferretur in hoc s̄z qz irascibilis et p̄cupiscibilis absq; difficultate sequetur ordinem rōnis. ¶ Ad tertium dicendū qz supposito qz irascibilis et cōcupiscibilis nō remanent actu in aia sepata manēt tm̄ in ea sicut in radice. nam essentia aie est radix potentiatū et s̄lr virtutes que attribuitur irascibili et cōcupiscibili manēt in rōne sicut in radice Nā ratio est radix oim̄ virtutū vt postea ostēdet. ¶ Ad quartū dōm qz in formis inuenit̄ qdā grad⁹ Sunt em̄ quedā forme et virtutes totaliter ad materiā depresso. quartū ois actio et actus naturale est: vt p̄t̄ in formis elementarijs Intellect⁹ vō ē totalr a materia liber vnde et ei⁹ opatio est absq; corp̄is cōsione Irascibilis autē et p̄cupiscibilis medio mō se h̄nt qz em̄ organo corp̄ali vtantur ostēdit corp̄alis transmutatio que eaz actioib⁹ adiungitur. qz iterum sint aliquo mō a materia eleuate ostēditur p̄ hoc qz p̄ impitū mouētur. et qz obediunt rationi. et sic in eis virtus est inq̄tū eleuate sunt a materia et rōni obediūt. ¶ Ad quintū dicendū. qz ordo irascibilis et concupiscibilis p̄cipant non est aliqd̄ subsistēs. nec per se esse subiectū p̄t̄ tamen esse rōne que

Articulus Quintus

aliquid sit subiectum ¶ Ad. vi. dicendum quod virtutes sensitivae cognitive sunt naturaliter priores ratione cum ab eis ratio accipiat. appetitio autem sequitur naturaliter ordinem rationis. cum naturaliter appetit inferiori superiori obediat. et ideo non est simile. ¶ Ad. vii. dicendum quod tota rebellio irascibilis et concupiscibilis ad rationem tolli non potest per virtutem. cum ex ipsa sui natura irascibilis et concupiscibilis in id quod est bonum secundum sensum quod rationi repugnat. licet hoc possit fieri divina virtute que potens est etiam naturas immutare. nihilominus tamen per virtutem imminuitur illa rebellio in quantum predicte vires assuescunt ut rationi subdantur ut sic ab extrinseco habeant id quod ad virtutes pertinet. scilicet ex dominio rationis sub eas. et seipsis autem retineant aliquid de motibus propriis qui sunt prerati rationi ¶ Ad. viii. dicitur quod licet in homine principium sit quod est rationis. tamen ad repugnantiam humane nature est secundum inferiores anime vires et ipsum corpus. et ideo ex parte humane nature sibi relicte pertinet ut in inferioribus anime virtutibus aliquid sit rationi rebellans. dum inferiores vires anime proprias motus habent. secus autem est in statu innocentie et glorie cum ex coniunctio ad deum ratio sortitur vim totaliter sub se inferiores vires continendi. ¶ Ad. ix. dicendum quod detestari malum secundum quod ad irascibile pertinet debet non solum importat declinationem a malo: sed quendam motum irascibilis ad mali destructioem sicut et raro accidit quod non solum malum peccatoris refugit. sed ad mala extirpanda per vindictam movetur. hoc autem est aliquid bonum facere licet autem sic malum detestari ad irascibile et concupiscibile pertineat. non tamen solum habet actum hunc nam etiam insurgere ad arduum bonum persequendum ad irascibile pertinet. in qua non solum est passio nature et audacie sed etiam spei ¶ Ad. decimum dicendum quod verba illa sunt accipienda per quandam adaptationem et non per proprietatem nam in qualibet potentia anime est desiderium boni proprium. unde et irascibilis appetit victoriam sicut et concupiscibilis delectationem. sed quod concupiscibilis fertur in id quod est bonum totum aiali et simpliciter sue absolute. ideo esse desiderium proprium sibi. ¶ Ad. xi. dicitur quod irascibilis et concupiscibilis secundum se considerate aguntur et non agunt: cum in homine secundum quod precipue aliqualiter ratione quodammodo agunt. non tamen totaliter agunt. unde et in politicis dicit philosophus. quod dominium rationis super has vires est politicum. quod homines vires aliquid habent de proprio motu ut non totaliter obediant rationi. Dominium autem anime ad corpus

est regale. quia membra corporis ad nutum obediunt anime quantum ad motum. ¶ Ad. xii. dicendum. quod licet iste sunt in brutis. non tamen in eis participant aliquid rationis. et ideo virtutes morales habere non possunt. ¶ Ad. tredecimum dicendum quod omnia mala ad concupiscibilem pertinent sicut ad primam radicem et non sicut ad primum principium. nam omnes passiones irascibilis ex concupiscibili oriuntur ut ostensum est cum de passionibus anime ageretur. perveritas vero rationis et voluntate ut plurimum ex passionibus accidit Vel potest dici quod per concupiscentiam intelligit non solum id quod est proprium vis concupiscibilis: sed quod est commune toti appetitive potentie In eadem unaqueque particula invenit alicuius concupiscentia circa quam contingit esse peccatum. nec aliter peccari potest nisi aliquid concupiscendo vel appetendo.

¶ Articulus Quintus.

Quinto queritur

Utrum voluntas sit subiectus virtutis Et videtur quod sic Maior enim perfectio requirit imperatorem ad hoc quod recte imperet quam in eoque ad hoc quod recte exequatur. quod ex imperante procedit ordinatio exequutis Sed ad actum virtutis se habet voluntas sicut imperans Irascibilis autem et concupiscibilis sicut obedientes et exequentes. cum ergo in irascibili et concupiscibili sit virtus sicut in subiecto videtur quod multo fortius debeat esse in voluntate. ¶ Sed dicitur quod naturalis inclinatio voluntatis ad bonum quod est finis sufficit ad eius rectitudinem. nam finem naturaliter desideramus. unde etiam non sequitur quod rectificetur per habitum virtutis supradictum ¶ Sed contra voluntas non solum est finis ultimus: sed etiam finium aliorum. Sed circa appetitum aliorum finium contingit voluntatem et recte et non recte se habere. Nam boni prestunt sibi bonos fines: mali vero malos. Unde dicitur in tertio Ethicorum. Qualis unusquisque est talis finis videtur ei. ergo requiritur ad rectitudinem voluntatis quod sit in ea aliquis habitus virtutis ipsam perficiens. ¶ Preterea. 3. et in parte anime cognoscitive est aliqua cognitio naturalis que est primorum principiorum. et tamen respectu huiusmodi cognitionis est aliqua virtus intellectualis in nobis scilicet intellectus qui est habitus principiorum. ergo et in voluntate debet esse aliquid qua virtus respectu eius ad quod naturaliter inclinatur.

De virtutibus in communi

Preterea .4. sicut circa passiones est aliquid de moralis ut temperantia et fortitudo ita etiam est aliqua circa operationes ut iusticia. Operatio autem sine passione est voluntatis sic enim et operatio sine passione est irascibilis et concupiscibilis. ergo sicut aliqua virtus moralis est in irascibili et concupiscibili: ita aliquid est in voluntate. **P**reterea .5. Philosophus in .iiij. ethicorum dicit quod amor sine amatio ex passione. amicitia autem est ex electione. Dilectio autem que est sine passione est actus voluntatis. Cum ergo amicitia sit vel virtus vel non sine dicitur. ut dicit philosophus in .viij. ethi. videtur quod virtus sit in voluntate sicut in subiecto. **P**reterea .6. charitas est potissima inter virtutes ut probat apostolus .1. Corinth. xiiij. Sed charitatis subiectum esse non potest nisi voluntas. Non enim est eius subiectum concupiscibilis inferior: que solum ad bona sensibilia se extendit. ergo voluntas est subiectum virtutis. **P**reterea .7. secundum Augustinum. voluntas est immediatus deo coniungitur. Sed id quod coniungit nos deo est virtus. ergo videtur quod virtus sit in voluntate sicut in subiecto. **P**reterea .8. felicitas secundum Augustinum. de sancto. videtur in voluntate esse virtutes autem sunt dispositiones quedam ad felicitatem. Cum ergo dispositio et perfectio sint in eodem videtur quod virtus sit in voluntate sicut in subiecto. **P**reterea .9. secundum Augustinum. voluntas est que peccatur et recte vivitur rectitudo autem vite pertinet ad virtutem. Unde Augustinus. dicit quod virtus est bona qualitas mentis que recte vivit. ergo virtus est in voluntate. **P**reterea .10. peccata nata sunt fieri circa idem. virtuti autem peccatum peccatur. Cum ergo omne peccatum sit in voluntate ut Augustinus dicit videtur quod virtus sit in eadem. **P**reterea .11. virtus humana in illa parte anime debet esse que est propria hominis. Sed voluntas est propria hominis sicut et ratio. utpote magis propinquans rationi quam irascibilis et concupiscibilis. cum ergo irascibilis et concupiscibilis sint subiecta virtutum. videtur quod multo fortius voluntas. **S**ed contra. Dicitur virtus autem est intellectualis aut moralis ut patet per philosophum in fine primi ethicorum. Virtus autem moralis est sicut in subiecto in eo quod est rationale non per essentiam sed per participationem. Virtus vero intellectualis habet per subiecto id quod est rationale per essentiam. Cum ergo voluntas in neutra parte possit computari. quod nec est cognoscitiva potentia que pertinet ad rationale per essentiam. nec participatio. videtur quod voluntas nullo modo subiectum virtutis esse possit. **P**reterea .2.

ad eundem actum non debet ordinari plures virtutes. hoc autem sequeretur si voluntas virtutis esset subiectum. quod ut ostensum est in irascibili et concupiscibili sunt alique virtutes. et cum ad actus illarum virtutum se habeat quoddammodo voluntas. oporteret quod ad eundem actum essent alique virtutes in voluntate. ergo non est dicendum quod voluntas sit subiectum virtutis. **R**espon. dicendum. quod per habitum virtutis potentia que ei subicit respectu sui actus proprie mentis acquiritur. unde ad id ad quod potentia aliqua se extendit. ex ipsa ratione potentie non est necessarius habitus virtutis. Virtus autem ordinat potentias ad bonum. Ipsa est que bonum facit habentem. et opus eius bonum reddit. Voluntas autem hoc quod virtus facit circa alias potentias habet ex ipsa ratione sue potentie. Nam eius obiectum est bonum. unde tendere in bonum hoc modo se habet ad voluntatem sicut tendere in delectabile ad concupiscibile. et sic ordinari ad bonum se habet ad auditum. unde voluntas non indiget aliquo habitu virtutis inclinante ipsam ad bonum quod est sibi proportionatum. quod in hoc ex ratione ipsa potentie tendit. sed ad bonum quod transcendit proportionem potentie indiget habitu virtutis. cum uniuscuiusque appetitus tendat in propria ratione appetere. Duplex aliquid bonum potest excedere voluntatis proportionem uno modo ratione speciei. alio modo ratione individui. ratione quidem speciei ut voluntas eleuetur ad aliquid bonum quod excedit virtutes humani boni. et dico humanum bonum in quod ex virtutibus nature homo potest: sed supra humanum bonum est bonum divinum in quod voluntatem hominis caritas eleuat. et similiter spes. ratio autem individui hoc modo quod aliquis querat id quod est alterius bonum. licet voluntas extra virtutes humani boni non faciat et sic voluntatem perficit iusticia et omnes virtutes in aliis tendentes. ut liberalitas et alia huiusmodi. Nam iusticia est alterius bonum ut philosophus dicit in .v. ethicorum. sic ergo due virtutes sunt in voluntate sicut in subiecto. scilicet caritas et iusticia. cuius signum est. quod iste virtutes quousque ad appetitum pertineant. non tamen circa passiones persistunt sicut temperantia et fortitudo. unde patet quod non sunt in sensibili appetitu in quo sunt passiones. nam omnis passio est in parte anime sensitiva. ut probatur in .viij. politici. Ille autem virtutes que circa passiones persistunt sicut fortitudo circa timores et audacias. et temperantia circa concupiscentias oportet eadem ratione esse in appetitu sensitivo. nec oportet quod ratione istarum passionum sit aliqua virtus in voluntate

Articulus Sextus

